



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 3. Euripidis locus in Medea correctus & declaratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

γεωμάρτιος ἐγχόρτος μηδὲ εὐθύνη δὲν τὰ δεῖπνα, εἰδου-
στε τοῦτον ποτε αὐτοὺς λέγειν, οὐ ταῦτα μηδὲν γένεται.
Romani autem innuptas modo virgines, quod quidem sciam, à coniunctis amouebant: quod hæc Vario-
nis verba ostendunt: *Virgo de coniunctio abdicatur illa*,
quid maiores nostri virginis acerba aures Veneris vocabul
imbiui noluerunt.

Euripidis locus in Medea correctus & declaratus.

CAPUT III.

INTERPOSITA iurisfundi religio in obscuris conuentionibus homines plerunque diligenter facit, quanquam enim boni viri est fidem sennare etiam nullo eiusmodi vinculo alligatam: contingit tamen videmus, ut saepe caussam aliquam reperiant, qui ea quæ repperunt, præstare nolunt: cùm inquit quæ affirmatè quasi deo teste promissa sunt, nemoid facere, nisi planè impius, soleat. itaque prudenter & callide apud Euripidem Medea, cùm Aegeus tutum a se hospitium fore propositum sisset, non temere tamquam statim fidem habere vult: sed illud ipsum iureiurando sibi confirmari petit, quod cùm ille miraretur, quereretque ex ea, an non sibi fideret: ita vafra & astuta mulier respondens inducitur:

Πέποιδα. Πελοὶ δ' ἐχθρός εἰσι μοι δόμοι,
Κρέωντε. τέτοις δ' ὄγκιστοι μὲν ζυγεῖς,
Αγνοιν εἰ μεθῆς αὐτὸν γράινται,
Δέοντος δὲ συμβάσις, οὐ δεῶν αὐτομοτοί,
Φίλοι γένοι αὐτὸν, καὶ φιλαρυκούμαστον
Οὐκ αὐτὸν τάκε μὲν γράδεστην,
Τοῖς δὲ ὄλεος δέ, οὐ δόμοι πεγγυῖνοι.

qui quidem versus & aliquot locis depravati vulgo leguntur, & à Scholia stte, mea quidem sententia, non intelliguntur.

telliguntur, ego igitur ita eos interprétor. Fido equidem tibi, ceterú inimica mihi est Pelia domus: itemque Creon. *τέτοις γένεσιν*, nempe Peliae & Creonti: *έγενον γένεσιν την οὐρανόν*, si venerint, cupientes me à finibus tuis abducere: *εἰ μέντης αὐτοῦ*, tu id non permittes, neque me eis tradas: siquidem iurejurando fidem mihi tuam obligaueris. At si nudis tantum sermonibus mecum conuenieris: (hoc enim est, *λόγοις δὲ πομπαῖς*) neque deos testes adhibueris: tum te fortassis amicè cum illis geres, neque stabis iis, quæ inter nos conuentia erunt. ea enim vocat *δικαιούμενος μάρτυς*. addit deinde causam probabilem, cur vereatur, ne ita eueniat. Cùm autem vulgo legatur *μετέωρος*, aut *μεθεῖς αὐτόν*, vbi ego legendum censeo, *μεθεῖς αὐτόν*: & *ἐνίσχυστος*, vbi ego, *ἀνάστος*: quantum ea res *ἀναζητεῖται* Scholiastæ obicerit; quamique longè cum à poëtæ sententia abduxerit: dicerem, si libet ostentare me in exagitandis aliorum erroribus. nunc eo ingenio sum, vt id, quod mihi verum videatur, nude ac simpliciter proponere, satius ducam.

Quid inter sit inter imperium patris & domini. Emen-
dati Afrani versus apud Gellium.

C A P V T I I I I .

M VLTVM interesse inter imperium patris & domini, longeque alia ratione regendos esse liberos, alia seruos, multi & philosophi & poëtæ veteres tradiderunt. nam seruiliis quidē animus naturali quodam dominorum odio imbutus, coërceri ferè, nisi malo, non potest. liberi, quos cum parentibus arctissimo caritatis vinculo natura copulauit, officiis sunt, & obsequio, & benevolentia deuinciendi. sed habendus diligenter est modus. neque enim laudandi sunt, qui ita indulgenter filios habent, vt ad omnia eorum peccata

L

conni-

ne Muret.
var Lectione
LIII
E S